

anno ad aedilitatem promoto, Xviro | sttlibus iudicandis, oratori | maximo, | decuriones et plebs coloniae Asculanorum propter humanitatem abstinentiam. (*In latere*) cura agentibus | Aetilio Prisciano et | Tettieno Proculo.

*Romae (VI 1511 saepius descripta saec. XVI). Similis est VI 1512 eidem homini dedicata ab Anconitanis. — 1) Hunc nisi fallor Aristaeum oratorem memorat Philostratus vit. soph. 2, 41. Cf. quae exposui Herm. 24 p. 158.*

**2935** L. Mario L. f. Quir. | Maximo Perpetuo | Aureliano<sup>1</sup> cos.<sup>2</sup>, | sacerdoti fetiali, leg. Augg. pr. pr. | provinc. Syriae Coelae, leg. Augg. pr. pr. | provinc. Germaniae inferioris, item | provinc. Belgicae, duci exerciti (sic) Mysia|ci apud Byzantium et apud Lugdunum<sup>3</sup>, | leg. leg. I Italic.<sup>4</sup>, cur. viae Latinae, | item reip. Faventinorum, alleceto in|ter praetorios, trib. pleb. candidato, | quaestori urbano, trib. laticl. leg. | XXII Primig., item III Italicae, | IIII (sic) viarum curandarum, | M. Iulius Artemidorus | leg. III Cyrenaiae.

**2936** L. Mario Maximo | Perpetuo Aureliano<sup>1</sup> | c. v., praef. urbis<sup>5</sup>, | proconsuli provinc. | Asiae iterum<sup>6</sup>, | proconsuli provinc. | Africæ<sup>7</sup>, | M. Iulius Cerialis | Maternus ex civitat. | Foroiuliensium, γ, | patrono optimo.

*Romae, bases duae, quarum alteram constat repertam esse in monte Caelio (VI 1450. 1452 vidit Henzen). — 1) Eiusdem Marii Maximi praeterea habemus bases duas urbanas (VI 1451. 1455), et ipsas repertas in monte Caelio, ubi aedes Marii Maximi fuisse videntur, Ardeatinam (X 6764) positam a. 225, Veliternam (X 6567), mutilam. Marius Maximus qui vitas imperatorum scripsit idem esse videotur. Ad homines eiusdem stirpis pertinent tituli supra N. 1465. 1466. 1589. Eiusdem stirpis fuit Marius Perpetuus consul ord. a. 257 (Herm. 22 p. 311). — 2) Consul fuit suffectus sub Severo, non ante a. 197 (cf. Borghesi opp. 5, 464, item not. 5). Multo postea consul iterum factus est, ordinarius a. 225. — 3) Dux exercitus Moesiaci apud Byzantium fuit (ut vidit Borghesi opp. 5, 462), cum Byzantium a Nigrianis teneretur, dux eiusdem apud Lugdunum, cum Severus non longe ab illa urbe cum Clodio Albino configeret (a. 197). Non multo postea videotur consul factus esse, certe antequam Germaniam regendam susciperet. — 4) Legio prima Italica pars fuit exercitus provinciae Moesiae; cum huius legionis legatus esset, videotur praepositus esse vexillationibus legionum Moesiae, cf. supra N. 1453 not. 4, 1447 not. 7. — 5) Praefectus urbi sub Macrino (Dio 78, 14. 56). — 6) Proconsul Asiae iterum, id est ut videotur per duos annos continuos, fuit Maximus Caracalla in Asia morante (a. circ. 214/5), teste titulo Thyatireno bull. de corr. hell. 10, 417. — 7) Tam Africæ quam Asiae proconsulem Maximum fuisse ante annum 225 ostendit titulus Ardeatinus.*

**2937** Vocontio. | P. Fl. Pudenti Pomponianio<sup>1</sup> c. v., erga | civeis patriamque | prolixe cultori, ex|ercitiis militaribus | effecto, multisfarijam loquentes literas amplianti, Atticam facundiam ad|aequanti Romano | nitori, | ordo incola fontis | patrono oris uberis | et fluentis, nostr[o] | alteri fonti.

*Thamugadi in foro, basis litteris uncialibus (VIII 2591 vidit Wilmanns). — 1) Videatur scripsisse grammatica quaedam; nam vix diversus est Flavius Pomponianus citatus a Charisio p. 145 ed. Keil (monuit Buecheler mus. Ihen. 42 p. 473).*